

VINNII,
QUÆSTIONES

TOM. II


KJA1082
.2
1767
v.2
c.1

E
340
7

EMILIO VITALE



1080046032



8.#70#176

34

ARNOLDI
VINNII JC.

IN QUATUOR LIBROS

INSTITUTIONUM
IMPERIALIUM
COMMENTARIUS

ACADEMICUS, ET FORENSIS.

JO. GOTTL. HEINECCIUS JC.

Recensuit, & Præfationem Notulasque adjecit.

TOMUS SECUNDUS.



LUGDUNI,

Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LXVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

39577

KJA1082

2

1762

V. 2



ARNOLDI
VINNII JC.
IN LIBRUM TERTIUM
INSTITUTIONUM
IMPERIALIUM
COMMENTARIUS
ACADEMICUS ET FORENSIS.
CUM NOTIS AD TEXTUM.

TITULUS PRIMUS.
DE HÆREDITATIBUS QUÆ AB INTESTATO
DEFERUNTUR.

Dig. Lib. 38. Tit. 26. C. Lib. 6. Tit. 55. & 58. N. 228.

Ratio ordinis, cum argumento tituli.



Eccuris omnibus supremæ voluntatis partibus, redit Imperator ad institutam de universitate bonorum acquirenda disputationem. Ex quatuor hujus generis acquisitionis modis, propositis §. ult. sup. per quas pers. cuiq. ac. cum primo explicandum suscepit, per quem hæreditas nobis obvenit. Obvenit verò nobis, dicit, vel ex testamento, vel ab intestato. Quoniam igitur de hæreditate ex iudicio defuncti acquirenda hæctenus solum tractavit, cujus semper prior & potior causa est, l. 39. de acquir. hæred. l. 89. de reg. jur. quod reliquum est ad tractationem illam abolvendam, de hæreditate legitimam, seu ea, quæ lege ab intestato deferuntur, pertingere prius voluit, quàm ad cæteros per universitatem acquirendi modos transitum faceret. Hæreditates quæ ab intestato deferuntur, eadem passim & lege deferi dicuntur, nomenque legitimarum hæreditatum sibi proprium fecerunt, licet testamentaria quoque hæreditas dici possit lege obvenire, l. 1. leg. 130. de verb. sign. Sed illæ solæ hoc nomen occupaverunt, propterea quod

immediatè & proximè deferuntur à lege, & à lege sola absque voluntate defuncti: cum testamentariam non ipsa lex deferat, sed delatam à testatore confirmet, d. l. 130. Hinc etiam hæredes legitimi & testamentarii passim opponuntur, l. 3. §. 3. pro soc. l. 17. §. 1. l. in plurimum, 70. l. illud. 77. de acq. hæ. l. 2. et tot. rit. de suis & legit. hæ. Succeditur ab intestato vel ingenuis, vel liberis. De ingenuorum successione tractat prior loco: deinde de successione libertorum, & demum rit. 8. Hoc autem titulo solo agitur de successione descendentiis sive liberorum, quorum in causa successiois legitima prima semper ratio habita. Cum autem varia sint liberorum genera & pro varietate eorum varia quoque iura succedendi ab intestato, eo ordine hic proceditur, ut primi, & statim post descriptionem intestati prodeant, qui principalem locum iure civili inter ipsos liberos obtinebant, aut potius soli in causa successiois liberi habebantur, sui scilicet hæredes. Inde §. 5. transitur ad successioem emancipatorum. Postea §. per. commemoratur mutatio juris circa liberos adoptivos.